[...]tiuorum veniat noticiam. quoniam ego Berengarius de petra incisa consilio et voluntate ag[...] [...]is mee cognosco me reum esse et culpabilem erga omnipotentem deum et cenobium sancti Danielis de quibusdam malefactis et exactionibus quas actenus iniuste in honore predicti sancti Danielis in Sclaiano in manso de Mathis exercueram. Quapropter ob remissionem omnium peccatorum meorum parentumque meorum diffinio. evacuo. omnibusque modis remitto omnipotenti deo et sancto Danieli omnes illas fortias et exactiones quas in predicto honore iuste vel iniuste feceram. sive in hominibus. censibus. usaticis. exitibus et regressibus. et pratis et pascuis. nemoribus et aquis. cultis et heremis. sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem et comodum cenobii sancti Danielis. Est autem prenominatus mansus in parrochia sancti Stephani de Sclaiano vocitato Mathes. Preterea dono et offero propter remissionem peccatorum meorum predicto cenobio sancti Danielis [illegible] alodio ipsum clausum quod est subtus mansum Bernardi Poncii. Census autem huius clausi est annuatim perna una [illegible] focacie. et par unum gallinarum. et migera una vini. et emina una cibarie ad mensuram de Monelis. et de expleto quod ibi fuerit quartum et bracaticum. et convivium unum baiulo in duobus annis. Affrontat autem predictum clausum [illegible] in campo Bernardi Poncii et in campo Bernardi Enegonis. [illegible] in campo Bernardi Poncii. a meridie in campo Raimundi Mecine. [illegible] sancti Danielis. Sicut ab istis IIIIor affrontationibus predictum clausum includitur sic totum ab integro predicto sancto Danieli offero et concedo. Hec omnia sicut superius scripta sunt laudo. diffinio et evacuo solide et libere domino deo et sancto Danieli in perpetuum habendi et possidenda. sine aliquo meo meorumque retentu. quem ego nec aliqua persona auctoritate mea aliquid in predicto honore faciat nec facere valeat. Et rogo dominam meam abbatissam ut ipsa faciat tria trentenaria missarum pro anima mea cantari. et quindecim [illegible] ibi obiero et fiat ibidem anniversarium meum singulis annis.

Actum est hoc [illegible] ianuarii anno dominice incarnationis M C LXX I. Sig+num Agnetis uxoris eius qui hoc laudamus firmamus firmarique rogamus. Sig+num Berengarii de petra incisa.

Sig+num Guillelmi de petra incisa. Sig+num Gocolee. Sig+num Ruberti de Tinnucella. Sig+num Guillelmi baiuli. Sig+num Guilaberti de Crudilis. Sig+num Guillelmi Mironis baiuli.

[illegible] de colonico [illegible]

S[illegible] qui hoc rogatus scripsit cum litteris dampnatis in VII linea die et anno quo supra.

Palafurgell.
Esclañá.
Mas Matas.

1-1-1182
AC f. 400

Difinició de [illegible] mas [illegible]
o situat en [illegible] matas, en [illegible] q. de son clos sitg. baix lo mas de Bernat
de S. Esteve de Esclañá en favor de S.
Daniel. A 1 janer 1181. (dic.) 1182

N. 40
T. 240 x 285

Mas Matas de esclanya

N.º 1. del Plec de Esclanya Parr.ª de Palafrugell

(36)